

*etc.* Quod scripsi ego predictus Magister Spina puplicus Baroli notarius qui predictis Interfui signo meo consueto signavi quod antem . . . . legitur abrasum et emendatum est abrasum et emendatum per manus mei predicti notarii non vitio set errore. (*C'è il segno*).

† Nicolaus q. s. Iudex. (*Segue il segno*).

† Iohannes de prothomagistro puplicus Baroli notarius testatur.

† Ego Iacobus de Imbidia testis sum.

† Arimagnus puplicus Baroli notarius testatur.

## N. 88.

## A. D. 1299

(1 maggio, Indiz. XII).

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatario</i>	<i>Magister Spina not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettangolare: alt. m. 0,25, larg. m. 0,18.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	<i>Sybill f. qd. petri de Maynerio</i> si obbliga a pagare ad <i>Opizo</i> , vescovo di Canne, sopra una casa messa nel territorio cannese di S. Eustasio, <i>nunc communi cum Barolo</i> , un censo annuo di gr. 9 e un tari, in caso di migliorie.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnatione domini nostri Iesu christi Millesimo ducentesimo Nonagesimo nono Regnante domino nostro Karolo secundo dei gratia Magnifico Rege *etc.* Regnorum suorum Anno Quintodecimo. Mense Madii primo die eiusdem duodecime Indictionis apud Barolum, Ego Sybilla Mulier filia qd. petri de Maynerio olim habitatrix Santi Eustasii in territorio Cannarum nunc communi cum Barolo. Coram Bartholomeo de Ionatha Regali Baroli Iudice, Magistro Spina publico eiusdem terre notario et testibus subnotatis licteratis *etc.* me debere dare solvere et assignare anno quolibet In perpetuum. vobis venerabili viro domino. O(pizoni) dei gratia Episcopo Cannensi vel succes-